

# Programm



des

# Königlichen Friedrichs-Gymnasiums

zu

# Gumbinnen

von

**Dr. Anton Viertel,**


Professor und Direktor.

- 
- Inhalt: 1) De incursionibus a Gallis in Italiam factis. Quaestio historica, pars II, scripsit  
Guil. Lackner, philosophiae doctor.  
2) Jahresbericht. Vom Direktor.

---

Gumbinnen 1888.

1888. Progr. Nr. 4.





Seit fast drei Jahrzehnten waren es Preussens Schulen gewohnt, den Schluss ihrer Jahresarbeit gekrönt zu sehen durch das Fest, in dem sie mit Preussens ganzem Volk die Geburt ihres Heldenkönigs feierten. Die erhoffte Freude sollte uns in tiefes Leid verwandelt werden.

Kaiser Wilhelm hat nach Gottes unerforschlichem Ratschluss seine grosse irdische Laufbahn beschlossen. Er ruht in Gott!


Wir beugen uns in Demut vor dem Willen des Allmächtigen, der nach so einzigen Freuden, die er uns in unserm verklärten Herrn beschied, uns jetzt so tiefes Leid gesandt hat. Freude und Leid, beides liegt in Gottes ewiger Ordnung.

Das Leben des grossen Toten war bis zu seinem letzten Atemzuge der Sorge für das Wohl seines Volkes gewidmet, das er zu nie geahnter Macht emporgeführt. Er war eine Verkörperung der grössten Herrscher- und Mannestugenden. Darum ward nie ein Fürst geliebt, wie Kaiser Wilhelm geliebt worden ist.

Das Beispiel eines solchen Fürsten darf und wird seinem Volke nimmer verloren sein. Wie wir, verordnete Lehrer und Erzieher der Jugend, sein hehres Bild in unseren Herzen tragen, so werden wir es der uns anvertrauten Jugend einprägen, auf dass sie seinen Namen nie nenne ohne das Gefühl heiliger Ehrerbietung und heissester Dankbarkeit.

Das Andenken Kaiser Wilhelms wird gesegnet sein für alle Zeiten. Möge es wie ein Schutzgeist auch über unserer Jugend walten!







## De incursionibus a Gallis in Italiam factis. Pars II.

Scriptis Guilelmus Lackner.

### Caput V.

#### De Plutarcho.

##### Plut. vita Camilli c. 12 sq.

De auctoribus, a Plutarcho in usum adhibitis, Niehuesius: Index lectionum Monasterii 1880 et H. Peterus: „die Quellen des Plutarch in den Biographien der Römer,“ haec fere in medium proferunt.

Niehuesius p. 3: Plutarchi vita Camilli unitate compositionis, qua aliae vitae a Plutarcho conscriptae excellunt, omnino caret.

Tribus auctoribus usum esse Plutarchum Niehuesio veri simillimum videtur, Livio, Dionysio, tertio aliquo.

Plutarchum Livio nisum esse hoc argumento explicari potest, quod et apud Peterum l. c. p. 19 et apud Niehuesium p. 10 scriptum videmus.

Livius V, 21 haec tradit: Immolante rege Veientium vocem haruspiciis dicentis: Qui eius hostiae exta prosecuisset, ei victoriam dari, exauditam in cuniculo. Plutarchus 5, 5, qui haud dubie pro „prosecuisset“ „prosecutus est“ legit, haec verba ita vertit: „ὅτι νίκην ὁ θεὸς δίδωσι τῇ καταπολομένησιν τοῖς ἱεροῖς ἐκείνοις.“

Niehuesius p. 13 iudicat Plutarchum in Livio exscribendo persaepe summa levitate usum esse, quippe qui partes quasdam Livii perlegerit, sed permultis locis relata non ex recenti lectione, sed ex memoria depromserit; quin etiam ea quae a Livio tradita esse Plutarchus affirmat, apud Livium non legi.

Dionysio Plutarchum usum esse permultis locis demonstrari potest, — H. Peterus l. c. — ex quibus hunc unum adferre satis est, quo consentiens cum Dionysio memoriae prodidit Liciniis controversiis compositis quartum diem ad ferias Latinas adiunctum esse.

Praeter hos rerum scriptores Plutarchum tertium aliquem auctorem exscripsisse Niehuesius his argumentis demonstrat: In enarranda inundatione lacus Albani Plutarchus — Niehuesius p. 6 — Dionysii auctoritatem secutus esse videtur, cum permulti loci inter se congruant. Nihilominus Plutarchus et Dionysius de tempore minime consentiunt, cum ille auctumno, hic media aestate inundationem fuisse contendat. Haec cum apud Livium non legantur, tertio aliquo auctore Plutarchum usum esse veri simile est. p. 7: Plutarchus cum Livio et Dionysio consentiens tradit oratores seiscitatum, quidnam dii prodigio portenderent ad Delphicum oraculum missos esse. Cum autem Plutarchus solus nomina oratorum addat, necesse est praeter illos tertium aliquem auctorem ab eo esse adhibitum. Et quoniam inter legatos vir gentis Valeriae est, Niehuesius opinatur Plutarchum fortasse Valerio Antiate usum esse.



Quam sententiam Niehuesii comprobare non possum, cum haec una res, quod in numero oratorum vir gentis Valeriae nominatur, non sufficiat, ut Valerium Antiatem a Plutarcho exscriptum esse statuamus. Praeterea fieri potuit, ut is, qui Dionysii libros excerpserit, nomina oratorum omitteret.

Nihuesio existimanti tres a Plutarcho auctores exscriptos esse adversaturus non sum, quoniam non hoc mihi agendum est, ut quibus fontibus Plutarchus locis allatis usus sit, explicem, sed assentiri non possum putanti et Livium et Dionysium et Plutarchum eodem cognitionis fonte usos esse, quod permultis locis omnes eadem proferant. Apud Niehuesium enim haec leguntur:

p. 7: „Quamquam Plutarchus legationem ad Delphicum oraculum missam enarrans adeo cum Dionysio consentit, ut sententia, eos ex communi fonte hausisse reici non possit, tamen hoc ipso loco cum Livio consentiens expressis verbis tradit deum Delphicum etiam sacra patria, Latinas sacrumque in Albano monte instaurari iussisse. Propterea mihi veri simile videtur omnes tres unum eundemque fontem in usum adhibuisse.“

p. 5: „Haec sententia et Plutarcho et Dionysio et Livio communis est Veientes per longum temporis spatium haud infeliciter cum populo Romano de gloria et imperio certasse, donec urbs decem annos continuos obsessa a Romanis capta sit. Quamobrem veri simile videtur omnes tres auctores ex uno eodemque cognitionis fonte narrata hausisse.“

Quamquam non nego trium auctorum consensum tali modo explicari posse, tamen haec quoque eius rei explicatio offertur, ut Livium et Dionysium eodem auctore, Plutarchum contra Livio et Dionysio usum esse statuamus.

Sed iam inquiramus, quomodo Plutarchus capita, quibus incursiones a Gallis factae traduntur, conscripserit.

Livius et Plutarchus in enarrandis primis Gallorum incursionibus ita inter se consentiunt, ut veri simile sit illum ab hoc exscriptum esse. Cum autem narrationi Plutarchi loci inserti sint, qui apud Livium non reperiuntur, quaerendum est, unde Plutarchus hoc locos, qui infra maioribus typis exscribentur, sumpserit.

Plut. 12. ὁ μὲν οὖν κατήγορος ἦν Αἰύκιος Ἀπουλήσιος, ἔγκλημα δὲ κλοπῆς περὶ τὰ Τυρρηνικὰ χρήματα· καὶ δῆτα καὶ θύραι τινὲς ἐλέγοντο χαλκαὶ παρ' αὐτῷ φανῆναι τῶν αἰχμαλώτων.

Plut. οὕτως συναγαγὼν τοὺς τε φίλους καὶ . . . τοὺς συνάρξοντας οὐκ ὀλίγους τὸ πλῆθος ὄντας, ἐδεῖτο μὴ περιδεῖν αὐτὸν . . . Ἐπεὶ δὲ οἱ φίλοι βουλευσάμενοι καὶ διαλεχθέντες ἀπεκρίναντο πρὸς μὲν τὴν κρίσιν αὐτῷ μηδὲ οἴεσθαι βοηθήσειν, τὴν δὲ ζημίαν ἀφείλοντι συνεκίσειν, ἔγνω φυγεῖν, ἐκ τῆς πόλεως πρὸς ὄργην.

Ἀσπασάμενος οὖν τὴν γυναῖκα —

Liv. V, 32,8. (Camillus) die dicta ab L. Apuleio tribuno plebis propter praedam Veientanam.

Liv. V, 32,8. accitio domum tribulibus et clientibus, quae magna pars plebis erat. (Cum) percunctatus animos eorum responsum tulisset se conlaturus, quantum damnatus esset, absolvere eum non posse, 9. in exilium abiit.

Dionys. XIII, 6. γερόμενος δὲ πλησίον



προήκει σιωπῇ μέχρι τῆς πύλης·  
ἐπεὶ δὲ ἐπέστη καὶ μεταστραφεὶς  
ὀπίσω καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείνας  
πρὸς τὸ Καπιτώλιον . . . .

τῶν πυλῶν καὶ τοὺς παρόντας ἀσπασά-  
μενος — εἶπεν·

Hoc loco cum Plutarchus Dionysium exscripserit, etiam superiore illo loco: καὶ δῆτα  
καὶ θύραι etc Dionysio eum usum esse recte suspicaris.

Plut. ἐπήξατο τοῖς θεοῖς, εἰ μὴ δι-  
καίως . . . ἐκπίπτει ταχὺ Ῥωμαίους . . .  
φανερῶς γενέσθαι δεομένους αὐτοῦ καὶ  
ποθοῦντας Κάμιλλον.

Liv. V, 32,9. precatus ab diis immor-  
talibus, si innoxia sibi ea iniuria fieret,  
primo quoque tempore desiderium sui  
civitati ingratae facerent.

13. ἐκείνος — ὦφλε τὴν δίκην ἐρήμην  
τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἄσσα-  
ρίων ἔχουσαν.

9. absens quindecim milibus gravis aeris  
damnatus.

Itemque his locis Plutarchus c. 14 Livium secutus est:

Plut. 14. ἔδοξε σημεῖον γεγονέναι κακοῦ  
μεγάλου προσιόντος ἢ Ἰουλίου τοῦ τιμη-  
τοῦ τελεργί.

Liv. V, 31,7. C. Julius censor decessit  
—, quae res postea religioni fuit, quia  
eo lustrum Roma est capta.

14. πρὸ τῆς Καμίλλον φυγῆς ἀνὴρ οὐκ  
ἐπιφανῆς μὲν, οὐ δὲ ἐκ τῆς βουλῆς, ἐπι-  
εικῆς δὲ καὶ χρηστὸς εἶναι δοκῶν, Μάρ-  
κος Κεδίκιος ἀνένεγκε πρὸς τοὺς χιλι-  
άρχους . . . . . συνέβη τὰ περὶ Κάμιλλον.

Liv. V, 32,6. M. Caedicius de plebe  
nuntiavit tribunis — cf. Liv. — ignotior  
gens erat.

Hic Plutarchus omnia in unum contulisse mihi videtur, quae Livius de magni mali  
ominibus compluribus locis rettulit.

In iis capitibus, quae hanc de ominibus relationem sequuntur, Plutarchus ad Dionysium  
redisse videtur, quem iam supra exscripserat. Cuius verba secutus memoriae prodit Gallos ab  
Arrunte Clusino adductos primum Alpes transgressos esse, ut Clusium oppugnarent, eosdem  
autem, antequam Clusinos aggredierentur, totam Italiam, quae sita est inter Alpes et Appenninum  
montem, subegisse. Quae narratio quam stulta sit, quis est, quin intellegat? Galli enim, si eo  
consilio in Italiam invaserunt, ut Arruntem pro acceptis iniuriis ulciscerentur, non antea totam  
Italiam superiorem expugnassent; id quod certe longioris temporis res fuisset, quam ut Galli  
etiam tum Clusium ire possent. At hoc perspicere possumus, quomodo Plutarchus hanc narra-  
tionem composuerit; quas enim apud Dionysium et Livium discretas et contrarias inter se  
legimus narrationes, has Plutarchus in unum confudit.

Dionysio enim XIII, 14 Plutarchus utitur de Arrunte referens:

Plut. 15,4. Ἦν ἐπιτροπος παιδὸς ὀρ-  
φανοῦ — ὄνομα Λουκόμομος.

Dionys. XIII, 14. Λοκόμων τις Τυρρῆ-  
νῶν — ἀνδρὶ πιστῷ Ἀθήωνι ὄνομα  
παρακατέθετο τὸν υἱὸν ἐπιτροπέειν.

Plut. Οὔτος ἐκ νέου παρὰ τῷ Ἀθήωνι  
δίαυταν εἶχε καὶ μειράκιον ὧν οὐκ ἀπ-  
έλιπε τὴν οἰκίαν, —

Dionys. τελευτήσαντος δὲ τοῦ Τυρρῆνοῦ  
παραλαβὼν τὴν ἐπιμελείαν τοῦ παιδίου  
ὁ Ἀθήων ἐπιμελής — ἀνθ' ὧν οὐχ ὁμοίας  
ἐκομίσαστο παρὰ τοῦ μειράκιου χάριτας.



Plut. Καὶ πολλὴν ἐλάνθανε διεφθαρκῶς αὐτοῦ τὴν γυναικα καὶ διεφθαρμένος ὑπ' ἐκείνης· ἤδη δὲ πόρρω τοῦ πάθους ἀμφοτέρων γεγονότων καὶ μήτ' ἀφεῖναι τὴν ἐπιθυμίαν μήτε κρύπτειν-ἔτι δυνάμενον, ὃ μὲν νεανίσκος ἐπιχείρει φανερώς ἀποσπάσας ἔχειν τὴν ἄνθρωπον.

Tum ea, quae Plutarchus initio capituli 15 de migratione Gallorum tradit, etiam apud Livium V, 34 scripta videmus. Uterque eorum narrat Gallos patria excessisse, quod propter multitudinem patriae solum alendis hominibus non sufficeret. Quorum alios ad Hercyniam silvam — Plutarchus Riphaeos montes nominat, quod nomen apud Dionysium XIV, 2 *Ῥιπαίων ὄρων* legerat — pervenisse, alios, postquam diu sedes suas inter Pyrenaeos montes atque Alpes habuissent, in Italiam transgressos esse.

Quae Plutarchus c. 16 deinde affert, ex Livio exscripsit, quamquam ei persuasum erat haec minime cum iis, quae ipse Dionysii auctoritatem secutus de Arrunte duce Gallorum contra Clusium proficiscentium tradit, consentire posse. Livii verba secutus Plutarchus c. 16 narrat:

Plut. οἱ δ' ἐμβalόντες εὐθὺς ἐκράτουν τῆς χώρας, ὅσην τὶ παλαιὸν οἱ Τυρρήνοι κατεῖχον ἀπὸ τῶν Ἀλπεων ἐπ' ἀμφοτέρας καθήκουσαν θαλάσσης, ὡς καὶ τοῖνομα μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ.

Dionys, 15. ἐρασθεὶς ὁ νεανίσκος ἅμα τῷ σώματι καὶ τὴν διάνοιαν τῆς ἀνθρώπου διεφθειρεν καὶ οὐκέτι κρύβδα ἀλλ' ἀναφανδὸν ἐξήτει αὐτῇ διαλέγεσθαι.

Liv. V, 33,7. Tuscorum ante Romanorum imperium late terra marique opes patuere. Mari supero inferoque — nomina sunt argumento, quod alterum Tuscum — alterum Adriaticum mare ab Atria, Tuscorum colonia, vocavere Italicae gentes. Graeci eadem Tyrrhenum et Adriaticum vocant.

Quo ex auctore Plutarchus ea, quae c. 16,3 exponit, exscripserit, quaerere opus non est, nam Plutarcho ipsi certe notum erat Italiam superiorem pecori pascendo aptam esse et multis fluviis rigari; quod autem memoriae prodit Tuscos *ἄνωκαίδεκα πόλεις* condidisse, Livium minime accurate perlegisse mihi videtur, id quod etiam alii — Niehuesius l. c. p. 10, 13 et H. Peterus l. c. p. 19 — ei vitio dederunt. Plutarchus, qui ne hunc quidem locum ex recenti lectione, sed ex memoria deprompsit, apud Livium pro „duodenis“ „duode(vice)nis“ urbibus legisse sibi videbatur.

Totum autem hunc locum ex Livio exscriptum narrationi suae minime apte insertum esse, Plutarcho ipsi persuasum erat, nam postquam exposuit Gallos ab Arrunte arcessitos tum demum contra Clusium profectos esse, cum iam tota Italia superior ab iis occupata esset, ipse addit: „Sed haec quidem multo superioribus temporibus acta sunt.“ „*Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπράχθη σὺν χρόνῳ τινι πρότερον.*“

Hoc ipso loco perspicere possumus Livium et Dionysium in iis, quae de Arrunte referunt, eundem auctorem secutos esse. At Livius, cum veri simile non putaret Gallos ab Arrunte Clusium ductos primos in Italiam invasisse, repudiato auctore, qui ei cum Dionysio communis erat c. 34, alius vestigia secutus est.

Quae Plutarchus c. 17 affert, ex Dionysio exscripta esse mihi videntur, quod Plutarchus consentiens cum Dionysio XIII, 18, narrat unum tantum ex Fabiis, nomine Q. Fabium, pugnae



interfuisse; tres Fabios contra Gallos dimicasse Livius V, 36 tradit. — Tum Plutarchus refert c. 17 Gallos legatos misisse, qui postularent, ut ille Fabius solus sibi traderetur, sive quod hoc ei veri simillimum videbatur, sive quod Dionysium non accurate perlegit, qui — XIII, 18 — tradit Gallos poposcisse, ut sibi ille Fabius et frater eius — τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ — traderentur.

Plutarchi c. 18 totum ex Livio sumptum esse videtur, hoc unum Dionysio debet, quod in exercitu Romanorum quadraginta milia armatorum fuisse tradit — Dion. XIII, 19 octo legiones pugnae interfuisse refert — Livium in usum adhibitum esse haec exempla demonstrant:

Plutarchus et Livius V, 36, 10 tradunt cognitionem de postulatis Gallorum a senatu ad populum reiectam esse, populumque religionem propter violatum ius gentium obiectam adeo contempsisse, ut Fabios non modo non traderet, sed etiam tribunos militum consulari potestate crearet.

Tum Gallos Romam proficiscentes nihil ex agris eorum, quorum per fines iter fecissent, abstulisse urbesque praetereuntes Romam se petere clamavisse. V, 37, 5.

Deinde uterque eorum tradit tribunos militum religiones quoque neglexisse, neque litavisse neque haruspices consuluisse. Plut. 18, 6. Liv. V, 38, 1.

Illud quoque apud utrumque scriptum est tum nihil extraordinarii imperii aut auxilii quaesitum esse, quamquam Romani contra Fidenates ac Veientes et ad leviora bella gerenda dictatores creassent. Plut. 18, 7. Liv. V, 37, 2.

Plutarchus 19, 9 narrat Romanos ab urbe nonaginta stadia progressos esse et apud flumen Alliam consedissee, quod haud procul a castrorum loco in Tiberim influat. Livius narrat V, 37, 7 ad undecimum lapidem occursum esse, quod idem est intervallum. Hultsch enim: griech. u. röm. Metr. p. 51 sqq. (editionis prioris) demonstrat et apud Polybium et apud Suidam octo stadia mille passus continere. Quare Plutarchus pro duodenaginta, quem numerum octies undena efficiunt, nonaginta coniecit.

Denique pugnam ipsam Plutarchus cum Livio consentiens sic fere describit. Plut. 18, 10: Acie male instructa a Romanis turpiter pugnatum est. Laevo cornu eorum a Gallis statim in flumen compulso, dextrum cornu incursioni hostium cedens a planitie ad tumulos se subduxit et postremum Romam fugit. Cornus sinistri maxima pars Veios fuga petiit, sed non modo nihil praesidii, sed ne nuntium quidem cladis Romam misit, quod omnes putabant urbem iam a Gallis dirutam esse. Liv. V, 38.

Quae Plutarchus c. 19 de diebus nefastis affert, ab eo ipso ornandi causa ex libro Quaestionum Romanarum, quem ipse composuit, inserta sunt.

Item ea quae Plutarchus c. 20 de Numa, de virginibus Vestalibus, de igni perenni ab iis custodito tradit, ex hoc ipso libro sumpta esse mihi videntur, reliqua autem ex Livii historiis exscripsit. Cum Livio V, 39, 1 enim consentiens narrat c. 20 Gallos magnitudine victoriae velut obstupefactos turbae spatium effugiendi dedisse, et antequam Romam profecti essent, spolia caesorum legisse, lecta distribuisse. — Tum apud utrumque scriptorem binis locis — Liv. V, 39, 11; V, 40, 7. Plut. 20, 3 et 21, 2 — commemoratur, quomodo flamen Quirinalis et virgines Vestales cum igni et sacris reliquis aufugerint. Uterque eorum memoriae prodit pleraque sacra in dolia coniecta a virginibus Vestalibus defossa esse. De hoc uno dissentiunt:



Plutarchus c. 20 narrat illa dolia sub templo Quirini terra obruta esse, Livius autem V, 40, 8: Sacra condita in doliolis sacello proximo aedibus flaminis Quirinalis defossa esse. At non est, cur Plutarchum hoc loco alium auctorem in usum adhibuisse putemus, quoniam persaepe libros a Plutarcho per festinationem et parum accurate confectos esse vidimus. Quam sententiam veram esse etiam ex eo apparet, quod hoc ipso loco Plutarchus ad verbum cum Livio consentiens de Albinio, homine de plebe, refert, qui cum infantes uxoremque plaustro vehens virgines Vestales conspexisset, statim uxore et liberis depositis, virgines imposuit et impositis occasionem effugiendi in Graecam aliquam urbem — apud Livium Caere nominatur — praebuit.

Hoc quoque loco Plutarchum summa festinatione usum esse manifestum est, quoniam Caere a Graecis conditum non esse inter omnes constat, de qua re conferendus Mommmsenus R. G. I<sup>6</sup> p. 138.

Etiam ea, quae sequuntur, Plutarchum c. 21 et 22 ex Livio exscripsisse, veri simile mihi videtur, quod cum hoc plerumque consentit. Haec tantum verba conferamus:

cap. 21. *ἱερὰς δὲ καὶ λαμπρὰς ἀναλαβόντες ἐσθῆτας, ἐξηγουμένον Φαβίου ἀρχιερέως ἐπευξάμενοι τοῖς θεοῖς ὡς ἑαυτοὺς ὑπὲρ τῆς πατρίδος τῶ δαίμονι καθιεροῦντες ἐπὶ τῶν ἑλεφαντίνων δίφρων.*

cap. 22. *τὰς πύλας εἰρῶν ἀνεωγμένας καὶ τὰ τεῖχη φυλάκων ἔρημα. εἰσελάσας διὰ τῆς Κολλίνης πύλης.*

*ὁ Βρέννος τῶ Καπιτωλίῳ φρουρὰν περιέστησεν.*

Liv. V, 41,2. quae augustissima vestis est tensas ducentibus triumphantibusve, ea vestiti — eburnis sellis sedere. Sunt qui Fabio pontifice maximo praefante carmen devovisse eos se pro patria — tradant.

V, 39,2. non portas clausas — non armatos esse in muris retulissent.

V, 41,4. urbem ingressi patente Collina porta.

V, 41,5. modico relicto praesidio, ne quis ex Capitolio impetus fieret.

Itemque cum Livio consentiens Plutarchus narrat, quomodo initium caedis senum factum sit, cum M. Papirius in caput unius ex Gallis, qui barbam eius manu permulserat, scipionem eburneum incussisset.

Tantus cum sit apud utrumque non modo rerum, sed etiam verborum consensus, quae discrepantia a Livio apud Plutarchum inveniantur, ea levitate et festinatione Plutarchi admissa esse iure mihi contendere posse videor. Velut cum apud Livium legisset Gallos per totam urbem dissipatos in forum redisse ibique senes conspexisse, id festinanter lectum ita mutavit, ut in foro, non in medio atrio aedium senes sedisse scriberet. Itemque quod tertio demum die post pugnam Allensem Brennum ad urbem pervenisse tradidit, id ex falsa capitis Liviani 39 interpretatione ortum esse videtur, quod quidem caput etiam ab hominibus doctis nostrae aetatis parum recte intellectum esse supra demonstravimus — Pars I p. 6. — Ibi — V, 39, 6 — cum legisset: „Omne inde tempus suspensos ita tenuit animos usque ad lucem alteram,“ Plutarchus haec verba sic interpretatus est, ut diem alterum post proelium intellegeret, et alio loco 39, 7, ubi Livius haec habet: „Deinde sub occasum solis — invasuros; tum in noctem dilatatum consilium esse — postremo lux appropinquans exanimare,“ tertium post proelium diem perperam interpretatus est.



In describenda pugna, qua Ardeates, Camillo duce, Gallos vicerunt, Plutarchus c. 23. Livii auctoritatem secutus est, Liv. V, 44 et 45. Cuius narrationem cum in brevius cogendam censuisset, orationem a Camillo habitam silentio praeteriit, id quod etiam alio loco, quo Plutarchus Dionysium in usum adhibuit, perspicimus.

Maior pars eorum, quae Plutarchus c. 24—27 de Camillo dictatore dicto et Ardea Veios accito, tum de Capitolio virtute Manlii servato affert, e Dionysio exscripta est, paucis tantum locis Plutarchus Livio usus est. Id quod his exemplis demonstratur:

Plut. c. 26. καταμαθόντες πολλαχῆ  
μὲν ἕγη ποδῶν καὶ χειρῶν — φράζουσι  
τῷ βασιλεῖ.

Κακῆνος — τοὺς — περὶ κλίμας ὀρει-  
βατεῖν μάλιστα τῶν Κελτικῶν συναγαγόν·  
„Τὴν μὲν ὁδὸν, εἶπεν, ἡμῖν — οἱ πο-  
λέμιοι δεικνύουσι.

Δωρεαὶ δὲ καὶ τιμαὶ πρέπονσαι τῆς  
ἀνδραγαθίας ἐκάστῳ δοθήσονται.

cap. 27,2. χῆρες — ἦσθοντο τῶν Ταλα-  
τῶν καὶ μετὰ δρόμον καὶ κλαγγῆς φερό-  
μενοι πρὸς αὐτοὺς

4. Μάλλιος ἀνὴρ ὑπαιτικὸς — ἀπαντή-  
σας θυσὶν ὁμοῦ τῶν πολεμίων τοῦ μὲν  
ἔφθανε διημέρον κοπίδα τῷ ξίφει τὴν  
δεξιὰν ἀποκόψας, τὸν δὲ θυρεῶ πατάξας  
εἰς τὸ πρόσωπον ὡσεν ὀπίσω κατὰ τῆς  
πέτρας.

27, 6. τῷ Μαλλίῳ τῆς νίκης ἀριστεία  
— συνεισηγήσαν ὅσον ἡμέρας ἕκαστος  
ἐλάμβανεν εἰς τροφὴν, σίτου — οἴνου —

Verba, quae apud Plutarchum sequuntur, quibus demonstratur, quantum vini et cibi tum militibus datum sit, ex Livio sumpta sunt:

Plut. 27. σίτου ἡμίλιτρον ἐπιχωρίον,  
οἴνου κοτύλης Ἑλληνικῆς τέταρτον.

Quomodo Plutarchus ea, quae de vita Camilli exponit, in unum coegerit, dilucide ex capite 28 intelligitur, quod ita composuit, ut initio Livii, tum Dionysii vestigia sequeretur, quos auctores ad verbum exscripsit. Iam ea, quae tradunt, conferamus:

Plut. 28. Καὶ νόσος ὑποικούρησεν αὐ-  
τοὺς — σηροῦντας ἐν ἐρειπίοις.

Dionys. XIII, 9. ἰδὼν τὰ ἕγη λέγει  
πρὸς τὸν βασιλέα.

ὁ δὲ συγκαλέσας τοὺς ἀνδρειοτάτους,  
ἐδήλωσεν αὐτοῖς τὴν τοῦ Ῥωμαίου ἄν-  
οδον.

πολλὰς ὑπισχνόμενος τοῖς ἀναβάσι δω-  
ρέας.

XIII, 10. χῆρες καταβοῶντες — καὶ τοῖς  
βαρβάροις ὁμοσε χωροῦντες

XIII, 11. Μάλλιος — τὸν τε πρῶτον  
ἀναβάντα καὶ κατὰ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ  
τὸ ξίφος φέροντα φθάσας παίει κατὰ  
τοῦ βραχίονος καὶ ἀποκόπτει τὸν ἀγ-  
κῶνα· καὶ τὸν ἐπὶ τούτῳ — ὀρθῶ τῷ  
θυρεῶ πατάξας εἰς τὸ πρόσωπον ἀνα-  
τρέπει.

XIII, 11. ἀντὶ ταύτης εὔρετο τῆς ἀριστείας  
τὴν πρέπονσαν — δωρεὰν —, — οἴνου  
καὶ ζέας τὸ ἐφήμερον ἀνδρὸς ἐκάστου  
τροφῆς.

Liv. V, 47,8. cui universi selibras farris  
et quartarios vini — contulerunt.

Liv. V, 48,2. (urgebat) Gallos pestilentia  
etiam, — loco iacente inter tumulos  
castra habentes.



τὸ δὲ βάθος τῆς νέφρας ἀέρα ξηρότητι καὶ δριμύτητι φαῖλον ὑπὸ πνευμάτων καὶ καυμάτων ἀναθυμιάσεως ἐλυμαίνεται τὰ σώματα διὰ τῆς ἀναπνοῆς.

28,2. ἡ μεταβολὴ τῆς συντροφου διαίτης ἐκ τόπων σκιερῶν καὶ θέρους καταφυγὰς ἀλύτους ἐχόντων ἐμβαλόντας εἰς χώραν ταπεινὴν καὶ κεραμμένην ἀφυῶς πρὸς τὸ μετόπωρον ἐκίνησεν αὐτούς.

Ex omnibus his locis apparet Plutarchum operam dedisse, ut ea quae Livius paucis absolvit, pluribus verbis atque copiosius explicaret.

28,2. ὥστε φθορὰν εἶναι πολλὴν ἐν τῷ στρατοπέδῳ καὶ μηδὲ θάπτεσθαι διὰ πλήθος ἔτι τοὺς ἀποθνήσκοντας.

28,3. ἐπέτεινε ὁ λιμὸς ἢ τε τῶν περὶ Κάμιλλον ἄγνοια παρῆχε δυσθυμίαν· οὐδεὶς γὰρ ἐφοίτα παρ' αὐτῶν.

διὰ τὸ φρουρεῖσθαι τὴν πόλιν ἀκριβῶς ὑπὸ τῶν βαρβάρων.

28,4. συμβατικοὶ λόγοι διὰ τῶν προφυλάκων τὸ πρῶτον ἀλλήλοις ἐτηχανόντων· εἶτα ὡς ἔδοξε τοῖς κρατίστοις, συνελθόντος εἰς λόγους Βρέννου Σουλπίκιον τοῦ χιλιάρχου τῶν Ῥωμαίων, ὁμολογήθη τοὺς μὲν χιλίας λίτρας καταβαλεῖν χρυσοῦ, τοὺς δὲ λαβόντας ἐκ τῆς πόλεως ἀντίκα — ἀναχωρεῖν.

Omnia quae in hoc capite apud Plutarchum sequuntur, ex Dionysio sumpta sunt, quocum Plutarchus a Livio discrepans consentit.

Plut. 28,5. ἐπὶ τούτοις γενομένων ὄρκων καὶ τοῦ χρυσοῦ κομισθέντος, τῶν δὲ Κελτῶν περὶ τὸν σταθμὸν ἀγνωμονούντων κρίφα τὸ πρῶτον — ἠγανάκτων οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς αὐτούς.

Quibus locis collatis perspicui potest, quomodo illa verba Plutarchi: Κελτῶν περὶ τὸν σταθμὸν ἀγνωμονούντων κρίφα intellegenda sint. Legerat enim apud Dionysium Gallos pon-

2 (loco) ab incendiis torrido et vaporis pleno cineremque non pulverem modo ferente, cum quid venti motum esset.

3. gens umorique ac frigori adsueta, cum aestu et angore vexata — cf. Liv. — morerentur.

3. cum — morbis morerentur, iam pigritia singulos sepeliendi promise acer-vatos cumulos hominum (urebant).

V, 48, 5. — neque ferri ultra fames poterat. 6. (exercitus Capitolinus) diem de die prospectans, eoquod auxilium ab dictatore appareret, postremo spe deficiente —.

47, 11. intentiores custodiae apud Gallos

V, 48, 4. indutiae cum Romanis factae et colloquia permissu imperatorum habita.

8. senatus habitus, tribunisque militum negotium datum, ut paciscerentur. Inde inter Q. Sulpicium tribunum militum et Brennum — colloquio transacta res est, et mille pondo auri pretium populi — factum.

Dionys. XIII, 13. ἐπεὶ τὰ ὄρκια ἐπέτέλεσαν, καὶ τὸ χρυσίον οἱ Ῥωμαῖοι κατήγγελλαν — πρῶτον μὲν αὐτὸ τὸ τάλαντον ὁ Κέλτος βαρύτερον τοῦ δικαίου παρῆν φέρων, ἔπειτα ἀγανακτούντων πρὸς τοῦτο τῶν Ῥωμαίων —



dera iniqua afferentes mala fide egisse. Nec minus hoc ipso loco perspicuum est eundem Plutarchum ea quae Dionysius tradidit, accuratius exscripsisse quam eum, cuius opera illud fragmentum Dionysii XIII, 13 conservatum est. Plutarchus enim commemorat Gallos primum occulte mala fide egisse, tum etiam aperte aura abstulisse et momentum librae in diversam partem impulsisse, Plut. 28,5.

Iam ad reliqua progrediamur, quae Plutarcho et Dionysio communia sunt:

Plut. 28,5. ὁ δὲ Βρέννος ἐρυβρίζων — ἀπολυσάμενος τὴν μάχαιραν ἅμα καὶ τὸν ζωστῆρα προσέθηκε τοῖς σταθμοῖς. Πυνθανομένου δὲ τοῦ Σουλπιτίου, „Τί τοῦτο;“ „Τί γὰρ ἄλλο, εἶπεν, ἢ τοῖς νεκικημένοις ὀδύνη;“  
6. Τῶν Ῥωμαίων οἱ μὲν ἠγανάκτουν καὶ τὸ χροσίον ᾤοντο δεῖν λαβόντας ἀθίς ἀπιέναι καὶ τὴν πολιορκίαν ὑπομένειν, οἱ δὲ συγχωρεῖν ἐκέλευον.

Dion. XIII, 13. ὁ Κελτός — τοσοῦτον ἐδέησε μετριάσαι περὶ τὸ δίκαιον, ὥστε καὶ τὴν μάχαιραν ἅμα — τῷ ζωστῆρι περιελόμενος ἐπέθηκε τοῖς σταθμοῖς. Τῷ δὲ ταμία πυνθανομένῳ, τί θέλει τοῦτ' εἶναι τὸ ἔργον, ἀπεκρίνατο τοῦτοις τοῖς ὀνόμασι ὀδύνη τοῖς κεκρατημένοις. — ὑπέμειναν δὲ ταύτην τὴν ὑπερηφανίαν τῶν βαρβάρων. —

Ex hoc quoque loco perspicui potest Plutarchum ea, quae in fragmentis Dionysii in brevius coacta leguntur, accuratius transscripsisse.

Cum iam negari non possit Plutarchum totum caput 28 ad auctoritatem vel Livii vel Dionysii composuisse, hoc unum ex tertio aliquo auctore sumpsisse videtur, quod „septem per menses arcem a Gallis obsessam esse“ tradit, c. 28,2. Discrepantia, quae inter Plutarchum et Polybium est, qui Capitolium sex per menses obsessum esse tradit, lapsu calami facta esse mihi videtur. Nam similitudo notarum, quibus Graeci in utroque numero utuntur, tanta est, ut librariorum oculi facile in errorem inducantur —.

Pugnam, qua Galli a Camillo prostrati sunt, describens Plutarchus commemorat Gallos sexaginta στάδια Roma profectos fugatosque esse, c. 29. Quod intervallum, si ad Romanam mensuram revocatur, aequale est octo milibus passuum, quae a Livio V, 49 afferuntur, nam mille passus octo stadia continent; itaque Plutarchus, cum octo stadia octies multiplicasset, pro pleno numero rotundum „sexaginta“ scripsisse videtur.

Ut haec de intervallo ita cetera, quae in capite 29 scripta videmus, Plutarchus ex Livio sumpsit, nisi quod nonnulla pluribus verbis explicavit. Hoc unum afferam: Livius V, 49,7 memoriae tradit castris Gallorum captis omnes ad unum caesos esse, ut ne nuntius quidem cladis relinqueretur, Plutarchus autem, ut hanc cladem Gallorum copiosius persequeretur, non modo tradit barbaros magna caede fusos esse, sed addit etiam fugientes alios ab insequentibus statim occisos, alios ab incolis circumiacentium pagorum et urbium trucidatos esse.

#### Cap. 40 et 41.

In enarranda altera incursione, quam Galli a. 367 in fines Romanos fecerunt, Plutarchus operam dedisse mihi videtur, ut ea, quae Livius et Dionysius memoriae prodiderunt, coniungeret. In eo quod Gallos ad Anienem flumen castra posuisse refert, Livium VI, 42,4 et 5, in pugna ipsa describenda Dionysium XIV, 12 secutus est, qui hoc anno agrös Albanos



vastatos esse tradit. Plutarchus et Dionysius enim inter se consentientes exponunt agros ante oculos vastari Camillum passum esse, quo Galli effunderentur et epulantes potantesque minus idonei ad pugnandum fierent. Illud quoque ab utroque traditum est maximam vim Gallorum in usu gladiatorum fuisse, quos barbaro modo desuper inferre soliti essent, Romanos galeis ferreis atque scutis firmissimis usos esse. Ceterum utrum omnia, quae apud Plutarchum de hac pugna scripta videmus, ex Dionysio an ex alio guo auctore exscripta sint, diiudicari non potest, cum non omnia, quae Dionysius de hac pugna exposuit, ad nostram aetatem pervenerint.

H. Peterus l. c. p. 27 Ann. 2 contendit et Livium et Dionysium, quem a Plutarcho exscriptum esse ipse quoque statuit, Claudio Quadrigario usos esse, cum omnes tres narrent a. 367 a. Chr. pugnam ad Anienem flumen factam esse, qua Manlius illud cognomen adeptus sit.

De Plutarcho quidem Peterum erravisse manifestum est. Anienem quidem commemorat hic auctor, sed de certamine Manlii nihil profert; agros a Gallis tum vastatos esse tradidit, quod hoc loco, ut supra demonstravimus, Dionysium secutus est.

Ne Dionysium quidem Peterus recte interpretatus est, nam Dionysius Albanam incursionem prius factam esse opinatur quam illud certamen singulare Manlii, id quod ex his verbis dilucide apparet: „οἱ Κελοὶ τῇ Πρώμῃ ἐκ δευτέρου στρατεύοντες τὴν χώραν τὴν Ἀλβάνην ἐπόρθουν,“ qua de re infra paullo fusius disseremus.

Livius denique complures cognitionis fontes in usum adhibuit et loco allato non Claudium Quadrigarium, sed alios annalium scriptores secutus est.

Quo loco apud Plutarchum de incursione anni 367 a Chr. agitur. scripturae lapsus occurrit, quem admodum antiquum esse manifestum est, quippe quem Polyaeus, Strat. XIII, 7, 2, cum Plutarchum exscriberet, iam admiserit. Apud Plutarchum enim inter incendium et proximam incursionem non 23, quem numerum Livius affert, sed 13 tentum anni intercedere dicuntur. Qui numerus scripturae errore illatus esse videtur, nam uterque tradit — Liv. VI, 42 et VII, 1; Plut. c. 42 — anno incursionem proxime sequente primum ex plebe consulem creatum esse — a. 366 —. Profecto scripturae mendum similitudine notarum explicatur, quarum haec est forma: *ιγ* (13), *κγ* (23).

Ceterum hunc utriusque scriptoris de numero dissensum si quis ita explicare volet, ut festinatione Plutarchi inductum esse arguat, ego non repugnabo; fieri enim potuit, ut Plutarchus, qua uti solebat in legendo festinatione, cum in locum Livianum VI, 42, 6 incidisset, ubi scriptum est „pluribus auctoribus magis adducor, ut credam, decem haud minus post annos ea acta“ pro post vel legeret ante vel postea cum hunc de altera Gallorum incursione locum conscriberet, memoriae errore deceptus ita apud Livium sibi legisse videretur.

Haec postremo de Plutarchi libro contendenda nobis videntur: Eorum quae Plutarchus tradit quoniam perpauca tantum apud Livium et Dionysium non commemorantur — sunt autem haec: Quae de diebus nefastis cap. 19, 20, de Numa, de virginibus Vestalibus c. 28, de septem mensibus, per quos Capitolium obsessum sit, narrantur —, ego sic existimo Plutarchum omnia fere, quae de incursionibus Gallorum tradidit, ex Livio et Dionysio sumpsisse. Quos auctores cum exscriberet, operam dedisse, ut ea, quae hi quidem haud raro dissentientes tradidissent, in unum coniungeret. Persaepe Plutarchum summa levitate et festinatione usum esse.



## Caput VI.

## Dr Dionysio Halicarnassensi.

Edid. Kiessling XIII, 14—17.

Permulta, quae Dionysius in medium profert, cum iis, quae apud Diodorum scripta videmus, plane consentiunt. Dionysius consentiens cum Diodoro non tres, sed duos commemorat legatos a Romanis Clusium missos esse; Cominium dimissum esse, ut Romanis in Capitolio obsessis spem auxilii augetet. Deinde pugnae Alliensi eundem fere numerum armatorum Romanorum interfuisse uterque eorum tradit, Dionysius quattuor legiones, Diodorus viginti quattuor milia militum fuisse dicit.

Fragmenta, quae ad incursiones annorum 367 et 361 pertinent, Peterus aliter ac Kiesslingius fecerit componenda esse arbitratur r. h. r. 294 sq. Qua in re errasse mihi videtur, quod fragmentum 12 post fragmentum 19 ponendum non est. Peterus iis nititur, quae a ceteris scriptoribus narrantur, qui pugnam ad Anienem factam esse tradant, antequam agri Albanorum vastarentur, Peterus Plutarchi et Zonarae auctoritate utitur. At Plutarchus, ut supra demonstratum est, operam dedit, ut ea, quae Livius et Dionysius dissentientes tradiderunt, coniungeret; Anienem nominat, vastationem agrorum Albanorum enarrat.

Zonaras Anienem omnino non nominat et Plutarchum aequae ac Dionem adhibens certamen singulare Manlii cum incursione in fines Albanos facta coniungit, ut infra demonstrabimus. Propterea hi duo auctores sententiam Peteri fulcire nequeunt. Ac Livius VI, 42 aperte dicit praeter Claudium Quadrigarium plures annalium scriptores in eo consentire, quod agros Albanos vastatos esse scribant, antequam certamen ad Anienem flumen committeretur. Dionysio quoque hunc incursionum ordinem proprium fuisse, ex ipsius verbis apparet, dicit enim Frg. 12: *οἱ Κελτοὶ τῇ Ῥώμῃ ἐκ δευτέρου στρατεύοντες τὴν χώραν τὴν Ἀλβανὴν ἐπόρθουν.* Hoc loco primam incursionem post incendium intellegi necesse est. Id quod etiam ex Polybio II, 18: *παραγενομένων πάλιν τῶν Κελτῶν εἰς Ἄλβαν* et ex Plutarcho Cam. 40 apparet: *Κελτοὺς αὐθις ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλαύνειν.*

## De Appiano.

*Ἐκ τῆς Κελτικῆς.*

Edid. Mendelssohn.

Plutarchum ea, quae de primis invasionibus a Gallis in Italiam factis apud Livium et Dionysium traduntur, coniunxisse, iam eo capite demonstravimus, quo de Plutarcho egimus. Eadem coniunctio cum etiam in libro Appiani reperiatur, manifestum est Appianum ex Plutarcho hausisse. Multa quoque alia Plutarcho et Appiano communia sunt: ex quibus haec afferre satis est: Legati Romanorum Clusinos ad pugnandum incitant; respondetur legatis Romanis Gallos, quibus agri opus sint, facere non posse, quin ex finibus suis emigrent ac novas sedes quaerant. Mirum esse, si Romani sibi Clusinos obsidentibus obsistant, quoniam Galli Romanos, quae velint, facere patiantur. Hoc loco eadem fere verba apud utrumque scriptorem inveniuntur:

Plut. c. 15. *ἐπὶ γῆς ζήτησιν ἐτέρας*  
cap. 17. *οἱ Κλονσῖνοι κατέφρνον ἐπὶ τοὺς*  
*Ῥωμαίους*

Appian. 2. *κατὰ ζήτησιν ἐτέρας γῆς*  
2. *οἱ Κλονσῖνοι ἐπὶ Ῥωμ. κατέφρνον*



παρώμων τοὺς ἄνδρας ἐπεξελεῖν τοῖς βαρβάρους μετ' αὐτῶν . . . ὅτι πρεσβείοντες παρὰ τὰ κοινὰ καὶ νενομισμένα πρεσβευτοῦ ἤγοντος πολέμια εἰργασμένον.

2. οἱ πρέσβεις τοὺς Κλονσινοὺς ἐνῆγον ἐπιθέσθαι τοῖς Κελτοῖς. Καὶ συνεκδημοῦντες αὐτοῖς — ὅτι πρεσβείοντες παρὰ τοὺς κοινούς νόμους ἐπολέμησαν.

Tum Cominius, ut et Plutarchus et Appianus narrant, nuntium affert Camillum in Capitolio dictatorem dictum esse, et paulo post reditum Cominii ad Camillum mittuntur, qui eum Ardea Veios arcessant.

Appianum praeter Plutarchum etiam alium auctorum inspexisse ex iis apparet, quae consentiens cum Dionysio tradit. Apud utrumque scriptorem Caedicius ad Camillum se confert, et in colloquio eadem fere verba proferuntur:

App. 5. ὅτι Καιδίκιος παρελάει τὸν Κάμιλλον μηδὲν ἐν τῷ παρόντι μητίσαι τῇ πατρίδι.

Dionys. XIII, 7. παρελάει τὸν Κ. δι-  
αλλαγῆραι πρὸς τὴν πατρίδα.

ὁ δὲ ἐπισχὼν αὐτὸν ἔτι λέγοντα, εἶπεν· οὐκ ἂν εὐξάμην ἐπιποθῆσαι με Ῥωμαίους.

ἵποτυχὼν δὲ ὁ Κάμιλλος εἶπεν· οὐδέποτε ἂν εὐξάμην ἐς τοιαύτας ἐλθοῦσαν τυχὰς τὴν πατρίδα δεηθῆναι μου.

εὔχομαι γενέσθαι τῇ πατρίδι χρίσιμος ἐς τοσοῦτον ἀγαθοῖ.

εὔχομαι εὐτυχῇ τῇ πατρίδι γενέσθαι.

Eisdem quoque verbis postulatur, ut Fabii tradantur. Plutarchum secutus Appianus narrat tres Fabios — Dionysius duos habet — Clusium missos esse, consentit autem cum Dionysio, cum commemorat Gallos postulasse, ut omnes Fabii — non is tantum, qui ius gentium violasset (Plutarchus) — traderentur. Hoc igitur loco Appianus utrumque coniunctim adhibuit. Id quod alii quoque locis invenitur, ex quibus hoc unum exemplum afferam: Appianus cum Plutarcho consentiens narravit, quae Galli Fabiis respondissent — App. 2: Ἀποκριναμένων τῶν Κελτῶν — *z. t. a.* et Plut. 17: Τούτους ἐδέξαντο μὲν οἱ Γαλάται *z. t. a.* — et paulo post, quod iam Dionysii auctoritatem secutus est, legatos Romanos a Brenno ad colloquium admissos non esse. App. 3. Ὁ Βρέννος μὴ δεξάμενος τοὺς Ῥωμαίων πρέσβεις. Apud Dionysium enim nihil de colloquio legitur — Dionys. XIII, 18: Ἀποσταλέντων δὲ πρεσβευτῶν — ἐπὶ Κελτοῖς, ἐπεὶ ἤκουσεν εἰς τῶν πρεσβευόντων — συνάπτει πόλεμον . . . et in hoc is plane cum Diodoro consentit, Diod. XIV, 113: παραγενόμενοι δὲ οἱ πρέσβεις εἰς Κλοῦσιον — παρετάξαντο τοῖς Κλονσίνοις πρὸς τοὺς πολιορκοῦντας. Fortasse Appianus, cum ea, quae Plutarchus et Dionysius tradiderunt, coniungeret, opinatus est legatos Romanos post pugnam iterum a Brenno petiisse, ut ad colloquium admitterentur, sed nihil eiusmodi apud eum scriptum legimus. Postremo videmus luxuriam Gallorum eisdem verbis, quibus Dionysius utitur, narrari, itemque, haec luxuria Gallis quanto incommodo fuerit.

App. frg. 7 et 8. τοῦ δὲ οἴνου καὶ τῶν ἄλλων ἄδην ἐνεπιμπλαντο οἱ Κελτοί.

Dionys. XIV, 12. ἔνθα μὲν πολλῆς ἅπαντες ἐδωδῆς ἐπιμπλάμενοι — πί-  
νοντες ἄκρατον οἶνον.

τὰ σώματα ἐπὶ τῆς ἀδηφαγίας εἰς ὄργον ἐξεχείτο.

τοσαύτην ἔλαβον ἐπίδοσιν εἰς πολυσαρ-  
κίαν τε καὶ ἀπαλότητα.



ὑπό τε ἰδρωτός καὶ ἄσθματος, ὅπου τι  
 δύο κάμνειν ἐξέλλοντο ταχέως.

ὅποτε γυμνάζειν ἐπιβάλλοντο — κόπ-  
 τεσθαι ἄσθματι ῥεῖσθαι ἰδρωτί ἐλλο-  
 μένων τῶν μελῶν.

Quin etiam necesse est Appianum ex Dionysio ipso hausisse. Dionysius quaedam, quae de armis Romanorum tradita erant, ita reddidit, ut orationi a Camillo habitae insereret. Quam orationem cum Appianus apud Dionysium legisset, paucis ea rettulit, quae Dionysius Camillum dicentem fecerat. Velut quod Camillus apud Dionysium dixerat: *γυμναὶ αἱ κεφαλαί, γυμνὰ δὲ τὰ στέρνα κ. τ. α.* id Appianus ita mutavit, ut scriberet: *ὄς γυμνοὺς ἐπεδείκνυε.*

